Fragmentarium

abęterna morte eripit᷑. cũ a delicto mundus nemo reperit᷑. an penitenti parcit. &
delinquenti n̄ parcit. q̄a cũ delicta plangim̄ nequaquā iā delinquentes sum̄. Sed
quid . qđ petrus cũ negat respicit᷑. & redēptoris negati respectu ad lacrimas
uocat᷑. Quid . qđ paulus cũ redēptoris nom̄ int̄ra conaret᷑ extinguere. ei uer
ba de celo meruit audire. S; tam̄ culpa in utroq: punita ē. q̄a & de petro teste
euglio scriptũ ē. Recordat᷑ petrus uerbi ihu. egressus foras fleuit amare. Et de
paulo hec eadē que hunc uocauit. ueritas dicit. Ego ostendā ei quanta eũ opor
teat p nomine meo pati. Delinquenti ḡ dn̄s nequaquā parcit. quia delictũ si
ne ultione n̄ deserit. Aut enĩ ipse hoc homo in se penitens punit. aut hoc ds̄ cũ
homine uindicans percutit. Nequaquā ḡ peccati parcit᷑. q̄a nullatenus sine uindic
ta laxat᷑. Sic dauid audire post c̄fessionē meruit. dn̄s transtulit peccatũ tuũ. &
tam̄ multis post cruciatib; afflictꝰ ac fugiens . reatũ culpe quā p̄petrauerat exsoluit. Sic
nos salutis unda a culpa p̄mi parentis absoluim̄. s; tam̄ reatũ eiusdē culpe diluentes.
absolui adhuc quoq: carnalit᷑ obim̄. Bene ḡ dr. Sciens qđ n̄ parces delinquenti. q̄a
delicta n̄ra siue p nos siue p semetipsũ resecat. etiā cũ relaxat. Ab electis enĩ suis ini
q̄tatũ maculas studet temporali afflictione tergere. quas in eis in ppetuũ n̄ uult ui
dere. S; sepe mens dũ plus iusto trepidat. dũ pauore quatit᷑. dũ sinistris suspitio
nib; urguet᷑. tedet hanc uiuere. que se adiuta uel p labores ambigit p̄uenire. Un
de & subsequent᷑ adiungit᷑. Si aut᷑ & sic impius sũ quare frustra laboraui. Si enĩ
remota pietate discutiam̄. op n̄r̄m. pena dignũ ē. qđ remunerari p̄missis postulat᷑.
Uir ḡ scs̄ sub occulto iudicio trepidans dicit. Si aut᷑ & sic impius sũ. quare frustra
laboraui. Non quo hunc laborasse penitet. s; qđ incertus esse de p̄missis & int᷑ labo
res dolet. Sciendũ ū ē. qđ uiri sc̄i ita incerti sunt. ut c̄fidant. atq: ita c̄fidunt. ut tam̄
ex securitate n̄ torpeant. Q̄a ḡ plerũq: mens & impensa rectis actib; trepidat. restat
ut p quā bonũ op agit᷑. lacrime dep̄cationis exquirant᷑. quatin᷑ ad eterna p̄mia me
ritũ recti opis subuehat humilitas postulationis. S; tam̄ sciendũ ē. q̄a mundos nos
ad p̄fectũ reddere uel uita uel lacrime n̄ ualent. quo usq: nos mortalitas n̄re cor
ruptionis tenet. Unde & apte subiungit᷑. Si lotꝰ fuero quasi aquis niuis. & fulserint
uelut mundissime manꝰ mee. tam̄ sordib; intinguis me. & abhominabunt᷑ me ue
stim̄ta mea. Aque enĩ niuis s̄t lam̄ta humilitatis. Que p̄fecto humilitas. q̄a ante di
stricti iudicis oculos ceteris uirtutib; p̄minet. quasi p magni meriti colorē candet.
Sunt nāq: n̄ nulli qui lam̄ta habent. s; humilitatē n̄ habent. qui afflicti plan
gunt. s; tam̄ in ipsis fletibꝰ uel c̄tra proximoꝝ uitā supbiunt. uel c̄tra ordinationē
conditoris erigunt᷑. Hii nimirũ aquas habent. s; niuis aquas n̄ habent. & mun
di ēē nequeunt. q̄a humilitatis fletib; minime lauant᷑. Aquis aut᷑ niuis a culpa
se lauerat. qui c̄fident᷑ dicebat. Cor c̄tritũ & humiliatũ ds̄ n̄ spnit. Qui enĩ lam̄tis
affligunt᷑. s; murmurando rebelles s̄t. mente quidē c̄terunt᷑. s; humiliari c̄tempnunt.
Quamuis aque niuis intelligi & alit᷑ possunt. Aqua enĩ fontis & fluminis extra orit᷑.

BIBLIOTHEQUE IMPERIALE MAN.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 68v – Gregorius I, Moralia in Iob
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-j4jp/2653/41804)